

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena V.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

A N D R I A

S. Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem illi. D. nullus sum.

Quid caussæ est, quin hinc in pistrinum recta proficia scar via?

Nihil est preci loci relictum: iam perturbaui omnia Herum fefelli: in nuptias conieci herilem filium: Feci hodie, ut fierent, insperante hoc, atque inuito Pamphilo.

Hem astutias. quod si quiessem, nihil euenisset mali. Sed ecum ipsum uideo: occidi:

Vtinam mihi esset aliquid hic, quod nunc me præcipitem darem.

A C T U S T E R T I I S C E N A V.

P A M P H I L V S,  
D A V V S.

P. Bi illic scelus est, qui me perdidit? D. perij.

V. P. atque hoc confiteor,

Iure obtigisse: quandoquidem tam iners, tam nulli consili

Sum. seruon' fortunas meas me commisisse futili?

Ergo pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam à me auferet.

D. Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si euito hoc malum.

P. Sed quid ego nunc dicam patri? negabon' uelle me, modo

Qui sum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeā?

Nec,



A N D R I A

*Ex unis geminas mihi conficies nuptias.*

D. *Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debo,  
Conari manibus, pedibus, noctesq; et dies  
Capitis periculum adire, dum proxim tibi.  
Tuum est, si quid praeter spem euenit, mi ignoscere.  
Parum successit quod ago, at facio sedulo.  
Vel melius tu aliud reperi, me missum face.*

P. *Cupio. restitue in quem me acceperisti locum.*

D. *Faciam. P. at iam hoc opus est. D. hem, st, mane: crea-  
puit a Glycerio ostium.*

P. *Nihil ad te. D. quæro. P. hem, nunccine demum? D. at  
iam hoc tibi inuentum dabo.*

A C T V S Q V A R T I S C E N A II.

M Y S I S, P A M P H I L V S,

C H A R I N V S, D A V V S.

M. *Am, ubi ubi erit, inuentum tibi curabo, et  
I mecum adductum  
Tuum Pamphilum: tu modo anime mi noli  
te macerare.*

P. *Mysis. M. quid est? hem Pamphile, optume mihi te of-  
fers. P. quid est?*

M. *Orare iussit, si se ames, hera, iam ut ad se uenias:  
Videre ait te cupere. P. uah, perij: hoc malū integrascit.  
Siccine me, atque illam opera tua nunc miseros solici-  
tari?*

*Nam iccireo accessor, nuptias quod mi apparari sem-  
fit.*

C. Q uib

